

Predicabilia

alind realiter excludit illa distinguuntur reali-
ter. sed forma totius includit in sua ratione ma-
teriam quam forma pars excludit. ergo realiter
distinguntur saltem in compositis. Sed in illis
que sunt separata a materia non distinguuntur rea-
liter. sed solum secundum rationem. quia una nihil continet
preter aliam. **Albus** autem dicit quod etiam in co-
positis ex materia et forma non distinguuntur
realiter forma pars et totius. sed solum secundum ra-
tionem. et secundum hoc sortitur alia et alia nomina. Dicitur
enim forma pars in quantum est actus materie. sed
dicitur forma totius in quantum actus materiam
tangendo ipsam ut ex ea erit esse non distinctum
realiter ab ipsa forma. sed ratione tantum quod quidem
esse non est actus materie tantum. nec forme tantum. sed
compositi.

¶ Eadem est forma dans esse materie et to-
ti composito. ergo eadem est forma pars
et forma totius. **¶** Alii probant quia nisi sic plu-
res essent forme substantiales in eodem composito
quod doctor sanctus negat. **¶** Dicitur quod in eo-
dem composito non possunt esse plures forme sub-
stantiales ex equo se habentes. possunt tamen plures
esse subordinare quia una est forma pars dans
esse realiter et primo materie. et alia totius dans
esse secundum rationem et primo toti composito.

¶ Dicitur autem neque genus neque spe-
cies simpliciter dicitur. Genus enim
dicitur et aliquorum quodammodo se ha-
bentium ad unum aliquid et ad se invicem
collectio secundum quam significationem roma-
norum dicitur genus ab unus scilicet ha-
bitudine. dico autem romuli et multorum
divinis habentium aliquo modo ad invicem
eam que ab illo est cognationem secundum divi-
sionem ab alijs generibus dicte.

¶ Ista est pars executiva huius libri. in qua po-
tenter tractatus principales. In quorum primo determi-
nat de quibus vltimis secundum se absolute consideratis
ibi determinat de eis proprie. ibi dicitur de omnibus.
Primo tractatus dividitur in quinq; capita-
la secundum quod quinq; sunt vltima que patebunt in pro-
cessu. In primo determinat de genere. et dividi-
tur in duas partes. prima ponit acceptiones ge-
neris et determinat illas. In secunda pre acceptat
illam de qua est sibi principaliter ad propositum. se-
cunda ibi tripliciter igitur. Prima iterum dividitur in tres
partes quod tres ponit acceptiones generis. secunda ibi
dicitur autem. tertia ibi aliter autem rursus. **¶** Quo

ad primum innuit primo multipliciter tam ge-
neris quam species dicitur. quod neque genus neque species vi-
detur simpliciter dici. i. vno modo sed equivoce. vnde
genus primo modo dicitur collectio multorum quo-
dammodo se habentium ad aliquid unum principium
et ad se invicem secundum quam acceptioem collectio ratio-
norum que a romulo descendit per successivam
generationem vocatur genus in quantum omnes de illa
collectione habitudinem habent ad romulum tan-
quam ad primum parentem qui aliquid sui habet in
forma collectione quod est semen propagationis di-
stinctum ab eo et in hoc dicitur multitudo differre
ab alijs quod ab alio patere siue principio dicitur.

¶ Queritur Quare dicitur in textu videtur
autem neque genus neque species
et cetera. et non ponit est. **¶** Dicitur quod ideo. quia
acceptioem iste magis sibi in mente quam in re. na-
tura. ideo magis dicitur videtur et accipit hoc
verbum videtur apud philosophum in tribus modis. vno
ut est expressivum veritatis. apparetur et non esse
tis et sic dicitur in dicitur. syllogismus et sophisticus
videtur syllogismus et non est. **¶** Alio modo est expres-
sivum veritatis probabiliter et non necessario. et sic di-
citur primo thopicorum. probabiliter quod videtur om-
nibus aut pluribus. **¶** Tercio modo accipitur ut est
expressivum evidentis veritatis et sic in proposito
dicitur quod neque genus neque species videtur simplici-
ter dici. i. vno modo.

¶ Notandum De hoc adverbium
simpliciter etiam multi-
pliciter accipitur. vno modo simpliciter valet. i. sine
addito. et sic sumitur secundo thopicorum cum dicitur
simpliciter dico quod sine addito dico. **¶** Secun-
do simpliciter valet. i. vltimum et sic dicitur syllogis-
mus simpliciter dicitur. i. vltimum est subiectum nove
logice. et sic etiam est aliqua suppositio simpliciter. **¶** Ter-
cio simpliciter valet. i. in contrate et sic dicitur syllo-
gismus simpliciter dicitur est subiectum libri primo.
¶ Quarto simpliciter valet. i. non multipliciter vel non
vno modo. et ita dicitur philosophus in hoc loco quod
neque genus neque species dicitur simpliciter. id est vno modo.
Sed vnuquodque eorum dicitur multipliciter quia
tres sunt acceptiones generis.

¶ Dicitur Dicitur vniuersale debet esse vniuersum. sed
genus est vltimum ut patet ex modo vniuersali
ergo est vniuersum. **¶** Dicitur quod genus capit
duplex vno modo in sua comitate per omnibus suis ac-
ceptionibus et sic est equivoce. Alio modo capitur
solum per tertia acceptioem et sic est vltimum et vniuersum.

¶ Colleo est actio. sed genus primo modo
non est actio. ergo non est collectio. **¶** Dicitur quod

Prima acceptio est

*In hoc tractatu principaliter de
genere et de his que sunt multi-
pliciter et de his que sunt
simpliciter et de alijs*